

Insuper de speciali *usw. wie Z. 68–69 bis* nostri mandato declarando adicimus infrascriptas personas a perceptione indulgenciarum pretectarum exceptas et exclusas, quia *usw. wie Z. 70–71.* 50

Primo *usw. wie Z. 72–74 bis* professionis sue non *usw. wie Z. 74–77 bis* inobedientes.

Omnes etiam usurarii *usw. wie Z. 82–83 bis* alia dampna *usw. wie Z. 83–87 bis* peccatis huius gratie sunt incapaces.

Volumus igitur, quod ille persone *usw. wie Z. 88–93 bis* gratiam hoc anno consequendi. Et caveant *usw. wie Z. 93–94 bis* salvatorem nostrum, quod *usw. wie Z. 95 bis* nichil accidere poterit horribilius. 55

Ne igitur fideles ipsi, qui prefatas indulgencias assequi desideraverint, in absolucionibus suorum peccatorum in aliquo negligantur, prefato reverendissimo domino archiepiscopo presencium tenore committimus, ut in dictis opidis de consilio clavigerorum subtu nominatorum de confessoribus ydoneis viris approbatis et deum timentibus provideat, qui si religiosi fuerint, ‘probate vite’ et de 60 observancia professionis existant. Qui etiam in reservatis apostolice sedi absolvant *usw. wie Nr. 1549 Z. 37–40 bis* resarcito. In symonia in beneficio commissa se non intromittant, sed tales ad dominum priorem monasterii sancti Iacobi prope muros Maguntinos ordinis sancti Benedicti ad hoc per nos specialiter deputatum remittant, qui, facta prius compositione super fructibus male perceptis pro apostolica camera per eum conservandis, beneficii resignacionem recipiat, postea absolvat, iniuncta 65 bona penitencia, et si videbitur, abilitet dispensando et de novo conferat.

Item in absolucionibus impendendis caveant ipsi confessores, quod non dispensent, sed tantum absolvant, sedeantque in ecclesia principali opidi illius, ubi fuerint deputati.

Nec aliquid a confitentibus recipiant; nam eis providere curabimus. Et si quis contra hec ipsis confessoribus quidquam pro confessione audienda dederit, ille huiusmodi indulgencie particeps esse 70 non debet.

In symonia in ordine per pactum sive contractum commissa ille, qui in symonia in beneficio commissa absolvendi potestatem habuerit, absolvat.

Item *usw. wie Nr. 2090 Z. 24–26 bis* remittant.

Committimus etiam ipsi reverendissimo domino archiepiscopo, ut in dictis opidis truncos sive 75 capsas ad reponendam contribucionem prenarratam faciat ordinari atque poni cum clavibus diversis. Et duas ex clavibus in Aschaffenburg committimus unam venerabili abbati sancti Stephani Herbipolensis ordinis sancti Benedicti, aliam dicto priori sancti Iacobi prope muros Maguntinos. Alias duas tradat, cui velit ipse dominus archiepiscopus. Duas vero in Friczlaria unam committimus domino 80 abbati, aliam priori in Bursfeldia ordinis antedicti. Et alias duas tradat, cui velit ipse dominus archiepiscopus. Quos clavigeros in posicionem capsarum presentes esse volumus.

62 se non: non se *F* 64 fructibus *fehlt W* 69 nam: sed *W* 70 indulgencie: gratie *W* 78 dicto: domino *F* prope: extra *F*.

<1451 Dezember 20 / 1452 Februar 2.><sup>1)</sup>

Nr. 2109

*Kundgabe<sup>2)</sup> über die von NvK auf Bitte des Eb. von Mainz festgesetzten Bedingungen für die Gewinnung des Jubelablasses im Gebiet der Diözese Mainz und in den Ländern der Mainzer Kirche.*

*Kop. (15. Jb.): GIESSEN, Univ.-Bibl., Hs. 768 f. 223<sup>v</sup>–224<sup>v</sup> (im Anschluß an Nr. 2108 und von derselben Hand).*

Ad petitionem reverendissimi domini nostri archiepiscopi Maguntini reverendissimus dominus N. cardinalis legatus concessit plenariam remissionem omnium peccatorum omnibus in districtu diocesis Maguntine et terris ecclesie Maguntine moram trahentibus sub modo et forma, ut sequitur:

Primo prefati incole ad opidum Aschaffenburgense aut opidum Friczlarie infra festum Purificacionis et octavas Pasche se transferent, ibidem per tres dies <ad> ecclesias per dominum nostrum archiepiscopum deputandas visita<tu>ri, x<sup>l</sup><sup>ta</sup> Pater noster qualibet vice dicturi, x scilicet pro defunctis, x pro universali ecclesia et papa, x pro rege Romanorum et domino loci et x pro peccatis propriis, et ibidem confessoribus deputandis confessiones suas facturi. Quibus confessoribus nil dabunt confitentes sub pena amissionis gratie iuxta ordinationem specialem dicti domini legati. Et ex

10 post per xii dies propriam parrochiam quilibet visitabit qualibet vice xl Pater noster dicendo eo modo quo supra.

Secundo quilibet ieiunabit infra prescriptum tempus vii<sup>tem</sup> sextas ferias in cibis quadragesimalibus, ad quas ut sic de precepto ecclesie non extitit obligatus. Et abstinebit per vii quartas ferias a carnibus, ut sic sibi licitum esset comedere carnes.

15 Tercio quilibet ponet ad truncos per reverendissimum archiepiscopum nostrum locandos medietatem expensarum, quas fecisset limina sanctorum Petri et Pauli in anno iubilei pro premissa gracia adipiscenda visitando, in pias causas per reverendissimos dominos nostros legatum et archiepiscopum distribuendam. Que medietas uniuscuiusque consciencie relinquitur.

Quarto pauperes nil aut parum habentes suis conscienciis in huiusmodi expensis relinquuntur, ut 20 eciam nil aut parum dare teneantur, dummodo alias prescriptam tenuerint penitentiam.

Quinto persone, qui legitimo causante impedimento opida prefata Aschaffenburgense et Friczliariense accedere nequiunt, ultra premissas visitaciones adhuc per alios xii dies suas parrochiales ecclesias visitabunt, dicentes Pater noster ut supra.

25 Sexto cum personis, qui ex infirmitate suas parrochiales ecclesias visitare nequiverint, eorum curati dispensare possint et visitaciones tales in aliud pietatis opus commutare.

Septimo incole opidorum Aschaffenburgensis et Friczliariensis visitabunt ecclesias deputandas per domanium nostrum archiepiscopum xxxiii vicibus, ieiunabunt, contribuent etc. ut supra.

Octavo presbiteri seculares ultra premissa legent xii missas, dyaconi et subdyaconi legent quatuor psalteria. Et si ex aliquo impedimento hec complere nequiverint, confessor cuiuslibet in aliud pium 30 opus commutabit.

Nono persone religiose in suis monasteriis manebunt, maius altare et ecclesiam intus vel extra xxx vicibus visitabunt et circuibunt, orabunt, ieiunabunt, missas aut psalteria dicent ut supra.

Decimo persone, qui in anno iubileo Rome fuerint et ob maiorem securitatem dicte graciae participes esse voluerint, omnem prescriptam penitentiam perficiant, dempto quod <ad> contribuendum 35 medietatem expensarum non sunt astricti.

Undecimo persone, qui inceperunt penitentiam et, antequam compleverint, morte preventi fuerint, prefate graciae erunt capaces ex speciali dicti domini nostri legati concessionem.

Duodecimo subiungatur clausula generalis talis vel consimilis: Ammonet et exhortatur reverendissimus dominus noster archiepiscopus vos omnes et singulos sibi subiectos, ut corda vestra ad suscipiendum tantam gratiam per debitam contricionem et alia ad hoc requisita abilitetis, ut, cum ad 40 confessores per ipsum deputandos perveneritis, ab eisdem taliter inveniamini, ut ab eisdem plenarie remissionis absolucione absolvi mereamini. Amen.

Qui de huiusmodi graciae concessionem et quomodo et qualiter vobiscum agere in huiusmodi debent negotio, plenius sunt instructi, quam presentibus est expressum etc.

45 Presencium scriptorem oracionibus vestris habeatis commendatum.

<sup>1)</sup> Das Datum ergibt sich aus Nr. 2108 und aus dem in Z. 4f. genannten Beginn der Ablasszeit.

<sup>2)</sup> Vermutlich durch den Mainzer Generalvikar Hermann Rosenberg.

zu <1451 Dezember 20, Köln>.<sup>1)</sup>

Nr. 2110

*Nachricht in der Chronik des Hartung Kammermeister zu Erfurt<sup>2)</sup> über die Anordnung des NvK, daß der in Erfurt zu gewinnende, inzwischen aber ausgelaufene Jubiläumsablaß noch vom 2. Februar bis zum 16. April 1452 in Fritzlär und Aschaffenburg erlangt werden könne.<sup>3)</sup>*

*Druck: Reiche, Chronik 130f.*

Nu als unser heiliger vater der bobist dy hie vorgerurten gnade in dy stad Erffurthe geleit hatte ein gantz iar aldo bestehene, das der ein iglicher in der stad und in der stad gerichtten muchten gebrochen, und als nu dy gegeben zzeit der gnade umbe und uszgegangen was, als leite der cardinal die selbin gnade an zwou stete vordir, mit namen gein Friszlar und Aschuffinberg uff Purificacionis 5 Marie anno domini MCCCCLII anzugehin und alda bestehin bis uff Quasimodogeniti.

<sup>1)</sup> Das Datum nach Nr. 2108.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1340.

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 2108 Z. 21f. und Nr. 2109 Z. 4f.